Scholar Commons
USF University of South Florida

University of South Florida
Digital Commons @ University of South Florida

Sacred Leaves Manuscript Collection | Community and Campus Partnerships

January 2001

Leaf with the end of Corinthians II, and the prologue to and beginning of Galatians Catalogue 9, Bible 'A'

University of South FloridaTampa Campus Library

Follow this and additional works at: https://digitalcommons.usf.edu/sacred_leaves

Recommended Citation

University of South FloridaTampa Campus Library, "Leaf with the end of Corinthians II, and the prologue to and beginning of Galatians Catalogue 9, Bible 'A'" (2001). *Sacred Leaves Manuscript Collection*. 36.
https://digitalcommons.usf.edu/sacred_leaves/36

This Text is brought to you for free and open access by the Community and Campus Partnerships at Digital Commons @ University of South Florida. It has been accepted for inclusion in Sacred Leaves Manuscript Collection by an authorized administrator of Digital Commons @ University of South Florida. For more information, please contact scholarcommons@usf.edu.

mnanus eius. XII

Si gl'iari oportet non expedit quid
veniam ad uisiones et reuelationes
domini. Scio hominem xpm. ante annos. xiiii.
siue in corpore siue extra corpus nescio de
tertio raptum huiusmodi usq; ad tertium
celum. Et scio huiusmodi hominem. siue
in corpore siue extra corpus nescio deus scit quia
raptus est in paradisum. et audiuit arcana
uerba que non licet homini loqui. Pro huius
modi gl'iabor pro me autem nichil. Si uoluero
uolens non ero insipiens. Veritatem enim dicam
parco autem ne quis me existimet supra
id quod uidet in me aut audit ex
me. Et ne magnitudo reuelationum
extollat me datus est mihi stimulus
carnis mee. angelus sathane qui me co-
laphizet. Propter quod ter dominum rogaui
ut discederet a me. et dixit mihi. Sufficit tibi
gratia mea. Nam uirtus in infirmitate per-
ficitur. Libenter igitur gl'iabor in infirmitatibus
meis ut inhabitet in me uirtus xpi. Propter quod
placeo mihi in infirmitatibus meis. in
contumeliis. in necessitatibus. in persecutionibus
in angustiis pro xpo. Cum enim infirmor tunc
potens sum. Stultus sum insipiens uos me co-
gistis. Ego enim a uobis debui commendari. Nichil
enim minus fecit ab his qui sunt supra mo-
dum apli. etsi nichil sum. Signa quidem
apli mei facta sunt super uos in omni
patientia. signis. et prodigiis et uirtutibus
Quod enim quod minus habuistis pre
ceteris ecclesiis nisi quod ego ipse non gra-
uaui uos. Donate michi hanc iniu-
riam. Ecce tertio hoc paratus sum ad
uos uenire. et non ero grauis uobis. Non enim
que uestra sunt sed uos. Non debent
filii parentibus thesaurizare sed parentes
filiis. Ego autem libentissime impen-
dam. et superimpendar ego ipse pro animabus
uestris. Licet plus uos diligens minus di-
ligar. Sit esto. Ego uos non graui. sed
cum essem astutus dolo uos cepi. Numquid
per aliquem eorum quos misi ad uos circum-
uenui uos. Rogaui titum. et misi cum fratre.
Numquid titus uos circumuenit. Nonne eodem
spu ambulauimus nonne eisdem uestigiis. Olim putatis quod excusemur nos
apud uos coram deo in xpo loquimur. Om-
nia autem charissimi propter uestram edificationem. Timeo enim
ne forte cum uenero. non quales uolo inue-
niam uos. et ego inueniar a uobis qualem
non uultis. ne forte contentiones. emu-
lationes. animositates. dissensiones. de-
tractiones. susurrationes. inflationes. seditio-

nes sint inter uos. Ne iterum cum uenero hu-
miliet me deus apud uos. et lugeam multos
ex his qui ante peccauerunt. et non egerint de
immundicia et fornicatione et impu-
dicitia quam gesserunt. XIII

Ecce tertio hoc uenio ad uos. In ore duo-
rum uel trium testium stabit omne uerbum. Prae-
dixi et predico ut presens et nunc absens iis qui ante
peccauerunt et ceteris omnibus quum si uenero
iterum non parcam. An experimentum quaeritis eius
qui in me loquitur. Qui in uobis non infirma
tur sed potens est in uobis. Nam etsi crucifixus
est ex infirmitate sed uiuit ex uirtute dei.
Nam et nos infirmi sumus in illo. sed uiuimus
cum eo ex uirtute dei in uobis. Vosmet
ipsos temptate. Si estis in fide. ipsi uos
probate. An non cognoscitis uosipsos quia xpc
ihc in uobis est. nisi forte reprobi estis. Spero
autem quod cognoscetis quia nos reprobi esse
mus. Optamus autem deum ut nichil malum facia-
tis. non ut nos probati uideamur sed ut uos quod bonum est
facia-
tis. nos autem ut reprobi simus. Non enim pos-
sumus aliquid adversus ueritatem sed pro ueritate.
Gaudemus enim cum nos infirmi simus. nos
autem potentes estis. Hoc etiam optamus uestram
emendationem. Ideo absens scribo. ne presens duri
us agam secundum potestatem quam dominus dedit
michi in edificationem. et non in destructionem.
De cetero fratres gaudete. perfecti estote. exhor-
tationem habete idipsum sapite. pacem habete. et
deus pacis et dilectionis erit uobiscum. Salutate
inuicem in osculo sancto. Salutant uos omnes
sancti. Gratia domini nostri ihu xpi et caritas dei. et
communicatio sancti spiritus sit cum omnibus uobis. Amen.

Galathe sunt. Prologus mepsa ad
gratos hos ubique uiuentes galathas
per paulum ab apostolo acceptos. et post ab
discessum eius. temptari sunt a
falsis apostolis ut in legem gratia alienati
ecclesiae. Hos apostolus reuocat ad fidem ue
ritatis scribens eis ab epheso. Incipit ep
istola apostoli pauli ad galathas

Paulus apostolus non ab hominibus neque per ho galla-
tiam et per dominum ihm xpm et pa-
trem qui suscitauit eum
eum a mortuis. et qui mecum
sunt omnes fratres ecclesiis gala-
tie. Gratia uobis et pax a deo patre nostro et do-
mino ihu xpo. qui dedit semet ipsum pro peccatis nos-
tris ut eriperet nos de presenti seculo nequam se-
cundum uoluntatem dei et patris nostri cui est gloria in
secula seculorum amen. Miror quod sic cito
transferimini ab eo qui uos uocauit in
gratiam xpi in aliud euangelium quod non est
aliud nisi sunt aliqui qui uos conturbant
et uolunt conuertere euangelium xpi. Sed licet

3098